



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vera Concilii Tridentini Historia**

Contra falsam Petri Suauis Polani narrationem

**Pallavicino, Sforza**

**Antverpiae, 1670**

Argumentvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11718**

# HISTORIÆ CONCILII TRIDENTINI LIBER VIGESIMVS PRIMVS.

## ARGVMENTVM.



Omes Lunensis in Conuentum ingressus, mutua-  
que illius & Gallorum contestationes de loco.  
Vicecomes ad Ferrariensem Cardinalem missus  
ad comparandam studiosam eius operam cum  
Lotharingo, & eius effecta. Contentio ac disce-  
ptatio de Iure suffragij Procuratorum in Conci-  
lio, & initum temperamentum: Difficultates superata de gradu  
Melitensis Oratoris. Calicis usus à Bauaro postulatus: Ormanet-  
tus ad eum missus euentu prospero. Fumanus additus Massarello,  
qui Concilio à Secretis esset. Biragi aduentus Tridentum. Litteræ  
Gallici Regis ab eo ad Synodum delata, & cuius sententiæ. Diu-  
turnæ de responso difficultates. Translatio Synodi in aliquam Ger-  
mania urbem à Gallis postulata, sed à Rege Hispania & à Cæ-  
sare repudiata. Variæ Patrum sententiæ de corruptelis, variaque  
consilia proposita ad componendos Canones de Summi Pontificis &  
Episcoporum auctoritate. Arcana agitata à Ferrerio cum Pontifice  
per Gualterium, & hominem, qui sibi à Secretis erat, Romam  
missum. Iussio Pontificis, urgentibus Hispanis, ut deleatur, aut  
declaretur particula, proponentibus Legatis, Acerrima in eo re-  
pugnantia Legatorum, ac præsertim Moroni, tandem à Pontifice  
comprobata, & pacta cum Lunensi rei dilatio. Caesar Oeniponte  
Vien-

Vien-

*Viennam versus profectus, & quâ de causâ. Variæ litteræ Pontificis nomine scriptæ ad Præsides, indicantes plenam libertatem auctoritatemque ab eo concessam Synodo tum in dogmatibus, tum in correptione etiam Aula Romana, & Cardinalium. Accessus ad Concilium Episcoporum Theologorumque Belgarum, cum litteris Belgij Gubernatricis Ducis Parmensis. Declaratio aduersus Angliæ Reginam ab illis & ab Anglis postulata, comprobata à Pontifice, sed postea ex Cæsaris consilio improbata. Impensa à Patribus studia pro Toletano Archiepiscopo, in Hispania à sancta Inquisitione in carcerem coniecto; & Pontificis responsum. Causa Ioannis Grimani Aquileiensis Patriarchæ, à Pontifice commissa Synodo, Senatu Veneto enixè deprecante, & Iudices in ea destinati. Muli conuentus, multaque consilia de varijs corruptelarum capitibus, & quid tandem constitutum. Mandata Pontificis de loco & honoribus exhibendis Hispano Oratori in solemnibus templi functionibus: tumultus inde subortus, & periculum schismatis. Legatorum ac Patrum in ea resensus. Musottus idcirco Romam missus à Lotharingo. Consilium habitum à Pio non modò cum compluribus Purpuratis, sed etiam cum Oratore Varga, & celebre illius scriptum de dogmatum forma, à Legatis Romam missa. Pontificis desiderium, ut duæ questiones maximè contentiose omitterentur. Concors in eo sententia Cæsaris & Lotharingi, sed contraria Præsulum Hispanorum. Canones ac Decreta sancita, Præsulibus aduersantibus, in cœtu generali. Lunensis opera, quâ ad concordiam in Sessione reuocantur. Ea quietè die decimo quinto Iunii celebrata Res ibi statuta. Reiecta falsa quedam & friuola, in historia Suauis obiecta de ijs Decretis, ac de toto curriculo memoratorum euentuum.*